UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Tharsitio martyre. Cap[itulum]. lxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

et iuxta illud triduo conſederunt. ¶ Tertia ꝟo die dñs cum angeloꝝ multitudine venit: ⁊ apoſtolos ſalutans: pacẽ eis nũciauit. Deinde eos interrogauit: quid eis videret honoris ſue genitrici cõferendũ. Illi ꝟo reſponderũt: vt ſicut ille deuicta morte regnabat: ſic ⁊ matris corpuſculum ſuſcitaret: ⁊ ad ſui dexteraꝫ collocaret. Quo annuẽte michael archãgelus marie aïaꝫ continuo preſentauit: eamqꝫ dñs ilico corpori reuniuit: ſtatimqꝫ corpus de tumulo ꝓdijt glorioſum: ⁊ a chriſto aſſumitur ad ethereũ thalamuꝫ comitante ſecũ multitudine angeloꝝ. Qđ aũt dicit de thoma ꝙ abfuit: ⁊ reſurrectionem virginis credere noluit: zonãqꝫ ipſius ex aere delapſam recepit: deluſoriũ ⁊ friuolũ reputat. Hec oĩa in libello ꝓdicto lꝫ apocripho. ¶ Et notandũ ꝙ ꝗuis hieronymus in ſermone huiꝰ feſti ad paulã ⁊ euſtochiũ aſſerere non audeat: virginem corporaliter aſſumptã dicens: tutius eſſe pie dubitare ꝙ̃ aliquid temere diffinire: eccleſia tamẽ hoc indubitanter tenere videtur: et pluribus rationibus comprobatur. ¶ Prima quarum ſumitur ex parte iuſticie dei. Deus eñi iudex eſt iuſtus librans merita ſinguloꝝ: ⁊ vnicuiqꝫ ad condignũ retribuens premia meritorum. Idcirco ⁊ reſurrectionẽ corpoꝝ futuram ordinauit: vt ſicut anima cũ corpore meruit vel deliquit: ſic cum corpore percipiat gaudia vel ſuſtineat tormenta. Illud ergo quod plus meruit: plus debet habere de premio. Quomodo corpus virginis quod cũctis alijs plus meruit chriſtũ ex ſe generando plus alijs premiatur: ſi cum alijs corruptũ incineratur. Nonne dei iuſticia deperit: que corpus virginis cũ alijs ſanctorum corporibus vltimã reſurrectionẽ expectare facit: Et hec rõ eſt damaſceni. ¶ Secunda ratio ſumit ex parte doni in hac vita ſcilꝫ in chriſti natiuitate recepti. Nam cum conceditur maius debet cõcedi ⁊ minus maxime vbi reſpiciunt eũdem finem: ſicut cui cõceditur regnum facilr̃ conceditur nobile veſtimentũ. Sed maius eſt ſine corruptione carnis parere quod virgini eſt collatũ: quod eſt oĩno excedens naturã et artem ꝙ̃ carere corporis corruptione qđ poteſt fieri per artem. ¶ Tertia ſumit ex obligatione precepti. Cum eñi lector legit ꝙ non debet facere contra legis preceptũ: cõueniens eſt ꝙ filius dei qui legẽ dedit: nõ faciat ꝯtra ſue legis mandatũ. Sed credendũ eſt ꝙ implere voluit ꝓceptũ quod dedit de honore materno: ſed hoc nõ impleſſet: niſi corpus integrũ ſuaſſet. Nam ſm̃ Auguſtinũ. putredo ⁊ vermis opprobrium eſt humane cõditionis. Qui aũt in aliquo ſuſtinet: opprobrium nõ honorat. ¶ Quarta ſumit ex cõformitate virginis ad corpus chriſti. Naꝫ idem locus debet parti ⁊ toti: niſi violẽter alterum horũ impediat: quia ſm̃ philoſophũ. Idẽ eſt locus totius terre ⁊ glebe: totiꝰ ignis ⁊ ſcintille. Sed corpus chriſti ſumptũ eſt de corpore matris ſue: ergo vtriqꝫ ideꝫ locus debetur. Corpus autẽ virginis nulla violentia impediri poteſt: quia ibi eſt vbi corpus filij eſt. Et he predicte tres rationes ſunt auguſtini. ¶ Quinta ſumitur per locum a ſimili: quia de ſimilibus idẽ eſt iudicium: ſed deus triuꝫ puerorum corpora inter flammas ſeruauit illeſa. Ionam viuũ ſeruauit in ventre ceti: danielẽ in rabida fame leonum ſeruauit incolumem: cur ergo corpus matris non ſeruabit incorruptum. Et hec ratio eſt Anſelmi. ¶ Sexta ſumitur per locuꝫ a minori: quia ſi de quo minus videtur ineſſe ⁊ ineſt: ⁊ de quo magis. Sed minor ratio eſt ꝙ corpora ſanctorum qui cum chriſto ſurrexerunt ſint glorificata: ⁊ in eis perfecta reſurrectio ſit cõpleta: ꝙ̃ ꝙ corpꝰ glorioſe virginis ſit ad celos aſſumptum. Et tamẽ in illis perfecta reſurrectio cõpleta eſt: vt ſupra probatũ eſt in hyſtoria reſurrectionis domini ſexto kalen. aprilis. ergo multo fortius hoc concludendũ eſt de reſurrectione virginis. Et hec ratio ſumitur ex dictis hieronymi in ſermone predicto. ¶ Septima ⁊ vltima ratio ſumitur ex euidentia facti: quã rationem Bernardus aſſignat dicens. Quoniã ſanctorum corpora deus precioſa ſublimauit: vtputa petri pauli ⁊ iacobi: tamqꝫ glorioſe venerabilia reddidit: vt ⁊ ipſis deputetur locus eorũ venerationi congruus: ⁊ ad ea mundus properet vniuerſus. Si igitur marie corpus ſuper terram eſſe dicatur: cum nec deuota frequentetur viſitatione fideliũ: nec eidem locus deputetur honoris: nimis videbitur chriſtus honorẽ materni corporis contempſiſſe: cum tamen ſuper terram aliorum ſanctorum corpora ſic honoret: vnde ⁊ egregius quidam verſificator ait. Scandit ad ethera virgo puerpera virgula ieſſe. Nõ ſine corpore: ſed ſiue tempore tendit ad eſſe. ¶ De veſtimentis enim et capillis virginis et de lacte ipſius in pluribus locis oſtenditur: de membris autem corporis vel minima particula necubi reperitur: nec ꝙ alicubi habeatur ab aliquo vnꝙ̃ aſſeritur.

¶ De ſancto Tharſitio martyre. Cap. lxvi.

Tharſitiꝰ acolitus ⁊ martyr Rome paſſus eſt ſub perſecutione valeriani et galieni imperatorum. Qui cum corpus chriſti ſacramenta portaret: tenẽtes eum pagani diſcutere ceperunt: vt quid gereret indicaret: at ille indignũ iudicãs porcis ꝓdere margaritas: neqnaꝙ̃ voluit detegere ſacroſctã myſteria: quẽ fuſtibus ac lapidibus tãdiu mactauerunt quouſqꝫ ſpiritũ exhalaret. Reuolutoqꝫ eius exanimi corpori ſacrilegi diſcuſſores

nihil in manibus eius : aut veſtibus ſacramen-
torū chriſti inuenire potuerunt: ſed relicto cor-
pore cum terrore fugerunt : quod a chriſtianis
ſublatum: ⁊ via apia in cimiterio calixti ſepul-
tum eſt. xviij. kalen. ſeptembris.

¶ De ſctō Urſatio cōfeſſore. Cap. lxvij.

URſatius con
feſſor claruit in nicea
bithynie ciuitate. hic
eñ genere perſa: primum ſub
rege licinio confeſſor effectꝰ:
deinde ſolitariā vitam in tur-
ci ciuitatis ipſius agebat in-
cluſus. Qui īter cetera ſigna
cū obſeſſus a diabolo gladio
arrepto per vrbē diſcurreret:
cūctis fugiētibus eidem ſolus occurrit: ipmqꝫ
a demonio liberauit. ¶ Draconem etiā ante ni-
comediam ciuitatem exiſtentē: ſoloqꝫ flatu ho-
mines perimentē oratione ſua de valle produ-
ctum leuiqꝫ baculo capite percuſſum extinxit.
¶ Hic etiam niceam ciuitatem terremotu di-
ruendam lōge ante predixit. Dum autem dies
terremotus aduenisset ad eccleſiam currens ⁊
clericos admonens: vt pro imminenti periculo
deum orarent: ab eis irriſus ad turrim rediit:
proſtratuſqꝫ in oratione cū lachrymis ſe dedit.
Interea vero ſuperueniēte terremotu: pluribus
oppreſſis: reliquis per montana diſperſis: vrſa-
tius in turri mortuus repertus eſt : pronus ia-
cēs ſicut orare ſolebat . Sermo tamē eſt ꝙ deū
oraſſet: vt prius vitā finiret ꝙ̄ videret excidiū
ciuitatis. Ois aūt vrbis ſtructura ex illo terre-
motu diruit: ſola turris in q̄ ſctūs orabat ꝑmā-
ſit. Quieuit in pace. xvij. kal. ſeptembris.

¶ De ſancto Arnulpho epiſcopo
meteñ. Cap. lxviij.

ARnulphꝰ
epiſcopꝰ meteñ.
vt ait petrus da
miani : pr̄ pipi-
ni fuit : et auus
karoli magni īpatoris. Qui
lothoringie ducatum tenens:
vxore ⁊ filiis ac ſclo derelictꝫ
heremū petiit ⁊ ſolitariā vitā
elegit. Ueniens aūt ad pontē
fluminis moſelle: anulū ſuum in aqua demerſit
tali conditione: vt quādocūqꝫ ipſum reciperet:
ſe a domino intelligeret peccatis omnibus ab-
ſolutum: indeqꝫ in heremo mūdo mortuus deo
vixit. ¶ Defuncto autē meteñ. epiſcopo in pon
tificem electus eſt. Dumqꝫ piſcis eidē ad eden
dum fuiſſet oblatus exenterato piſce anulꝰ eiꝰ
in ventre repertus eſt: cum tamē per duas die-
tas a loco vbi anulum deiecerat: piſcis captus
eſſet. Intelligens autem ſanctus peccata ſua
ſibi dimiſſa : nihilominus penitentie operibus
artius inſudauit: pauperibꝰ large miniſtrauit:
⁊ multis miraculis claruit. Nam in diebus ro-
gationū ad proceſſionē tendens: demoniacū li-
berauit: leproſum quendā barbarū in domo ſu-
ſceptum ad xp̄m cōuertit: quē baptizans ſpiri-
tu pariter ⁊ carne mūdauit. Ciuitatē ſuā incen
dio pene totam flagrantem: dum omnes aufu-
gerent : ipſe ſe igni obiiciēs ſigno crucis edito
flammas compeſcuit: ⁊ vlterius procedere non
permiſit : Quo die per viſum quidā longe con-
ſtitutus crucem igneam in aere cōſpexit: audi-
ta voce ꝙ tali ſigno meteñ. ciuitas ꝑ arnulphū
ab incendio fuerat liberata. Tandē vir domini
famam populi fugiens heremū repetiit: ⁊ cum
aliquibus monachis deo ſeruiuit: ſucceſſore ſi-
bi georico ordinato: vbi ⁊ poſt tēpus modicum
in pace quieuit. xvij. kalen. ſeptēbris. ſucceſſor
autē eius obitu ipſius cognito cum clero ⁊ po-
pulo locum adiit: ⁊ ſanctū corpus ad ſuam ci-
uitatem tranſferens in eccleſia apoſtolorū con
didit: vbi ⁊ quieſcit ſignis effulgens.

¶ De ſancta Serena regina. Cap. lxix.

SErena regina vxor
quondam diocletiani auguſti a
ſancto cyriaco martyre conuer-
ſa et baptizata eſt: quia filiā eiꝰ
artemiā a demonio liberauit: vt
ſupra dictum eſt in paſſione cy-
riaci. vi. idus auguſti. Que vidēs perſecutionē
diram chriſtianorū: quam vir eius exercebat: q̄
per annos decem durauerat : ita vt infra dies
triginta per diuerſas ꝓuincias. xvij. milia mar
tyrio coronarent: ⁊ in phrygia ciuitas vna chri
ſtianorū vndiqꝫ concluſa ne vllus euadere poſ-
ſet: igne cum omnibus cremata fuiſſet: videns
quoqꝫ ſuſannam neptem eius paſſam: ⁊ alia ma
la que fiebant: dolore cruciata ⁊ febre correpta
in confeſſione domini migrauit ad chriſtū. xvij.
kalen. ſeptēbris: ſepulta a chriſtianis iuxta cor
pus ſuſanne in crypta.

¶ De ſancta Artemia virgine ⁊ mar-
tyre. Cap. lxx.

ARtemia virgo ro-
me paſſa eſt ſub maximiano fi-
lio diocletiani fratre ſuo: filia
nāqꝫ diocletiani fuit et ſerene
auguſte. Que cum eſſet ab im-
mūdo ſpiritu obſeſſa a ſancto
cyriaco martyre liberata et baptizata eſt: vt ſu-
pra in paſſione dicti martyris actū eſt. vi. idus
auguſti. Poſt mortem autem diocletiani cū ma
ximianus filius eius in imperium ſublimatus
eſſet: chriſtianoſqꝫ perſequeretur: cyriacū qui-
dem cum eius ſociis diuerſis ſuppliciis marty
rizauit. Artemiam vero ſororem ſuam gladio in
chriſti confeſſione necari fecit; que iuxta matrē